



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 11. Mitte te deorsum & c. Diabolus doctus est logicus in argumentando; sed eius vis finitur in loquendo & in dicendo, mitte te & c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

232
Iacob. 3.
2.

damnum; at si contematur; *Parva semilla magnam sylvam incendit.* ait D. Iacob.

§. 11. Mitte te deorsum &c. *Diabolus doctus est logicus in argumentando; sed eius vis finitur in loquendo & in dicendo: Mitte te &c.*

34 **I**nimicus hoc primo confictu confusus, alterum intendit; Christum per aera deuchit in Hierusalem; statuit supra pinnaculum Templi tentat; *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim: quia Angeli tuis mandavit de te &c.* Fuit hæc tentatio, quasi replica quædam priori Christi responsioni. Est diabolus sophista logicus (ait

Hom. 22. D. Chrysof.) hæc doctissimi Logici arguta est & 3. de pa scientia, quando proposito primo argumento, eorum solutio, ex solutione materiam trahit alterius argumenti, quo alterum præmittit instantius.

Ita egit hic astutus sophista cum Iob: hic eius primus fuit assultus, quando eius instinctu manu copiosa Sabæi irruerunt, armenta bouum, & asinarum deprædatis sunt, seruos custodes trucidarunt, vno solo excepto cuius ore timendum liberaret ictum; & diceret: *Botes arabant, & asina pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, &c. remansit ego solus.* Soluit sic Iob argumentum, & ictum repellit: oculis in caelum directis, q. d. *Modo mihi Deus non obstitit, nec caelum aduertetur, nihili facio quidquid mihi possint inferre damni male voluntatis homines.* Hæc molitur, ut ignis descendat de caelo, pastores, ouesque consumat, vno excepto, quo secundum tenet impetum, & qui dicat: *Ignis Dei descendit de caelo, & tacitas oues &c.* q. d. *Argumento meo respondisti: nec damnum inest assultus Sabæorum: quia terreni erant, spes vero tua caelo Deoque nitebatur secura, contemplantur modo, in tibi caelum aduertatur, Deus inimicus de sub caelo igne suo oues tuas demolitur, super bona tua fulgura depluit ardentissima.* Non dixit, *Ignis a hoste, sed Ignis Dei, cui confidebas.* *Vidit diabolus, ait D. Chrysof. Iob audiam rem tolerare*

Iob. 1. 15. *generoso animo, & ad seipsum conuersus, dixit: Male mihi inueni, dicens, homines secum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare: quoniam si me homines expugnauerunt, quid apud Deum interrogatio? Vi ergo ab hominibus eius mentem ad Deum traducat, atque ostendat, non homines, sed Deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de caelo descendit, ut non homines & hostes videantur iniuriari, sed ignis de caelo decidit, quasi dicat: Quare seruis iniuriari;*

Iob. 1. 16. *quibus*

D. Chrysof. *generoso animo, & ad seipsum conuersus, dixit: Male mihi inueni, dicens, homines secum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare: quoniam si me homines expugnauerunt, quid apud Deum interrogatio? Vi ergo ab hominibus eius mentem ad Deum traducat, atque ostendat, non homines, sed Deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de caelo descendit, ut non homines & hostes videantur iniuriari, sed ignis de caelo decidit, quasi dicat: Quare seruis iniuriari;*

Eo modo cum Christo pugnat. Primum tentauit, ut ieiunium in Dei honorem susceptum deleteret, cum post tot præstita obsequia non nisi duos lapides præ manibus conspiceret. Respondet illi Christus; quod omnem cogitatum suum iactaret in Dominum; qui in tali necessitatis casu suis prouideat abundanter, ut filius Israel manna ministravit ipsis ignorantibus, unde, aut quomodo. Solutionem capir, Diabolus quæ sic resolutur: in tali premente necessitate, Deo fidendum. Hinc educit ipsam replicam, & statuens illum supra pinnam templi; sic assulit; optima solutio, placet, quod Deo fidat, qui Deo seruit, placet, sibi non deleteret seruientem. Si igitur tali spei fiducia niteris; *Mitte te deorsum quod si scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei;* patet scriptum est: *Quoniam Angeli tuis mandauit de te, in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum:* q. d. *Cum respondeas argumento per scripturam, ex alia argumentor scripturam; & cum arte me illudas, pari arte te conuenio.* (a)

Entibi aliud documentum, quo te Christus docet esse semper vigilem, etenim quando diabolus ex hac te parte non potest euincere; coquod te in contrariam uidet inclinat ut calidus luctator, vires suas in illum retorquet. Quæries tibi o iudex inspirat diabolus, ut obligationi officii tui attendas, processus expedias sic in istis totum consumis tempus, ut ne hora quidem superstit ad orationem? Si te certis reluctantem, & subindo vacantem orationi, & diligenti vigilantem faciendæ confessioni, si obticis, equidem veram est, hoc esse tui muneris causas componere litigantium, sic tamen id faciendum, ut a iama tuæ cura, a qua dependet omne bonum, non negligatur, reflectit impetum, & ex hac te parte conatur superare, dum te sic permouet ad opera pietatis, ultra debitum, ut omnino deficias tui muneris obligationi, & ut sub titulo deuotionis, & animæ tuæ curæ, id negligas ad quod obligaris, causasque tibi committas negligas infidelis.

Oberdit tibi, ne ieiunes, adolescens es, crederet te oportet: opus est alimento, ac vinibus, ut pote cuius sanitas Reipublicæ apprime est necessaria, & conuenit illam salutem te tamque consuare. Vires sumis, in faciem resists, & ieiunium amplecteris, diebus veneris & Sabbati, aliis quoque diebus abstines supererogatorie. Continuo ex alia parte te impugnat: adhortatur ad strictiora, & diuturniora ieiunia, quibus

(a) Part
ingit de
arte, p
modifica
partic.

quibus tibi vires & salus emerentur, quibus tui muneris officio, deficias cum aliorum notabili nocimento. Quid arbitraris, an non saepe numero in his piis operibus peccari per excessum? Persuadet tibi sufficere ad salutem, semel tantum idque tempore Quadragesimæ accedere ad S. Communionem: hoc ei ad votum non succedit: quia te cernit caelesti huic cibum nimis additum eiusque famelicum: mutat & ex contrario adurit: ad frequentissimas allicit communionem, negligentem praeparationem animarum indecentes, vique per hoc familiaris nimia cum Deo conuersatio, causa tibi sit vilipensionis.

35
Hier. 9. in
Ezech.
I.
Nullus
homo à
tentatio-
ne liber.
Gen. 19.

Multa alia occurrunt hic obseruanda, praesertim id quod Greg. notat nullum esse locum à tentatione liberum, nec ipsum templum, te fugii locum, in quo cunctas superemus insidias & subsidium acquiramus: hic iniretat, & molitur diabolus casus omnium turpissimos. Perpende, ait D. Greg. id quod Lot acciderit: Egreditur Sodomus liber, quia vero sibi ab incendio uincat, ne eum, priusquam montem accederet, praecipitaret, & vitæ periculum incurreret, Dominum rogat, ut sibi liceat in parua illa ciuitate, qua in medio sita erat, commorari: Ex magna indulgentia annuit illi Deus: attamen hic iam consistens, & cæterarum ciuitatem busta conspiciens, tanto conuulsum timore, ut nec tibi se securum arbitretur, & in montis altiora conscendit, verbatum, ne & ibi eo laboraret periculo, quo cætera Sodomorum ciuitas. Ascenditque Lot de Segor, & mansit in monte. Quam in tuto se gaudet colloca- tum! attamen deplorando hic cadit infortunio, dum à propriis filiabus mero somnoque sepelitur incautus, ex quibus filios procreauit libidinofus. Licet vero eum multi excusent Satorum, & ab incestu liberetur, non tamen à vini intemperantia innocens declaratur, est in primo casu datur excusationi locus, in secundo minime: nullus enim sub caelo tutus à tentatione locus. Adest D. Greg. quid, inquit, miramur, cum nec in caelo supremus omnium Angelus existerit securus. In Dei Ecclesia casus lugemus & quidem terribiles, quos alio loco referemus, & grauiore sunt propter offensam, qua Deus per illos inhonoratur.

An hinc non patet, qua nobis viuendum sit sollicitudine, cum nec ipsum templum ab ipsius diaboli sit tentationibus liberum: quinimo fortiori hic nos aggreditur impetu, hic habemus & à fronte praecipitia & à tergo lupos,

Hieron. LXXXII. Bapt. de Ier. I.

Nolim inaduerterter praetere quod Sancti Patres notant ad eruditionem nostram D. Clement. Alexand. a. D. Aug. b. D. Ambros. c. D. a. Lib. 6. Chrysostom. d. quod licet diabolus Christum in Stram. templi pinaculum sustulerit, non tamen inde b. Tract. illum deiecerit, aut deicere potuerit, tantum c. In 6. illi potuit persuadere rethoricis rationibus ce- annem. cinne compositis, & S. Scriptura male intel- c. In 6. ca, ut seipsum deturbaret, ut hinc intelligas, Luca. vires nullas esse diabolo nec ulli creaturatum, d. Hom. 5. quibus te in vel minimum peccatum impellat in imperf. ventale, absit mortale, nisi tu teipsum impellas vitiosus, eo tantum perungere possunt maxi- ma eiusdem vires, ut te rationibus inducat, ut persuadeat, ut incitet, Mitte te deorsum: omnia enim peccatum esse oportet voluntarium, nec inest diabolo potestas, qua manum iniiciat voluntati violentam, aut efficaciter moueat non volentem Hoc soli Deo reseruat omnipoten- ti: hic solus est, qui eam efficaciter moueat, & ad sui instigat obsequium. Illam deorsus tan- tum allicere potest diabolus, rationibus, per- suasionibus, lenociniis: Persuadere potest (ait D. Hieron.) praecipitare non potest. Præclarissime declarant hoc Deus, querela cuiusdam Iob facis- faciens, eo quod sibi tam validum, tam altum, tam vigilem assignasset aduersarium, nempe diabolum. Hic princeps est maximus, ego vero vermis, ille viribus excedit quidquid terrenum est, ego imbecillis foliorum congeries viribus inferior, quam attollit & in aera huc illucque turbo dispergit.

Quænam igitur lex permittit, quod Domine velis, me cum illo manus conferre, qui viribus certat inæqualibus, & meis longe superiori- bus? Crudelitas arguitur: qualis patris illius esset, qui tenellum filiolum suum, & elumbem, cum fortissimo leone exponeret preliaturum; Respondet Deus: Non quasi crudelis suscitabo Iob. c. 4. eum, & c. Non parcam ei & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Ne me ut crudelem reprehenderis, eo quod locum huic concesserim inimico, ut in te arma moueret, ac insur- geret aduersarius. Non parcam ei. q. d. Non oppugna- concedam ei manibus preliari, nec ut majori- re potest, bus polleat viribus quam his, quas verborum elegantia, deprecando, persuadendo potest ex- cecere. Verbis ad deprecandum compositis. Locum huic non do aduersatio, ut manus voluntati uæ iniiciat violentas, & pro libitu suo solo prosterнат: minime: id tantum efficit, persua- debit, incitabit, rogabit, mouebit, blandietur, Mitte te deorsum, Hoc equidem ipse præstabit,

Gg & viuas



& viuas tibi representabit rationes, quas dixeris esse insolubiles, porro in foliis verborum lenociniis stat eius summa fortitudinis.

Job. 40. 13
In Catena
Graec.
Lib. 3.
Mor. c. 2.
In c. 2.
Dam.

Et hoc ipsum indicauit in eo quod Iob praedixerat, diabolum exprimens sub metaphora Elephantis. Ne te terreat informe hoc animal: Offa eius vt fistula aris, per offa, intelligunt ambo illi D. Gregorii Nyssen. ille; Pomifex alter fortitudinem: in his Elephanus consistit fortitudo. Eius fortitudo, fistula: arca non excedit vires. Iam praefati sumus cum D. Hieronymus symbolum esse eloquentiae. Ecce eius fortitudo in quid resoluatur, nimirum in plausibiles rationes, & elegantiae flumina; Quid agit, dum talis tibi puella factei praesentat venustatem? eius gratiam, delicias quibus cum illa perfrueris; hoc totum desinit in deprecando: *Mitte te deorsum.* Quibus rationibus vitur, quod si iniuriam vitus fueris, tibi cedet in tui rominis gloriam? Et qua ratione hoc tibi describit, si inuito contractui consentias: euades opulentus, hoc totum nititur in rogando, perluadendo, vt hoc facias. His suppositis. Eia age Christiane: ne stultescas: Si quis castro reclusus, praenoster, quidquid virum impenderit eius inimicus, qui circumdare castrum vallo fatagit, quod se nec tangere, nec vel hilum vestis laedere valeat, dumtaxat possit, eum deprecari, & incitare, t se praecipitio deiciat se illam pugionis cupiditate excepurum: conspicuum est, quod cum e castro securus intus irideret. Si vero inimici sequatur consilium: cui culpam daret, quem caedis reum accularet, illumne qui se praecipitio collisit, an hostem qui eum ad hoc

Vide Tract
7. n. 17.

D. Ave. incitauit, rogauit, persuasit? Probat acutè D. Ser. 167. Augustinus quomodo Christus diabolum catena inuenerit, & vt canem alligauerit. Sic enim eum nobis delineat D. Ioannes: demum Apoc. 20. interrogat: si catenatus vincatus diabolum, si ferros alligatus, quomodo contra tot tantosque viros praualeret? Et praeclearissimè responderet. *Alligatus est, tamquam in nexu lapidis, & neminem potest moedere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate conuinxerit. Iam uincate, fratres, quam stultus est homo ille, quem in catena positus morietur. Tu te illi per voluptates, & cupiditates saeculi noli conuincere. Tu te ad se non praesumes accedere. Lustrare non potest, sollicitari potest, mori omnino non potest, sequi. 2. 2. nisi uolentem. Non enim cogendo, sed suadendo nos. q. 76. n. 1. est, nec extorquet a nobis consensum, sed petit.* ad 3. Alligauit eum Christus vt canem, de quo egimus alibi in Ex hac doctrina de dicit D. Thom. declarationem eius difficillimè sententiae Spi-

D. Ave.
Ser. 167.
Tom. 1. o.
Apoc. 20.

ritus sancti. Dum maledicit impius diabolum maledicit animam suam: vt latius explicauimus loco citato.

§. 12. Rursum scriptum est &c. Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnus tantum stellae obseruat influxum; tu vero vnam alseri confer.

Forti brachio librauit istum inimicus: at fortiori scuto Christus illum excepit. Acuta fuit altissimi philosophi replica, eam S. Scripturae testimonio confirmantis, ac solidior multo fuit diuini professoris solutio, confutantis aduersarium, pariter nos celestibus disciplinis instruens: vt discamus ad intelligentiam S. Scripturae, non sufficere, si vnus per se locus attendatur, sed vnum cum alio esse conferendum. Proinde sic respondet: *Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum: q. d. Admitto locum quem e. S. Scripturae producis: & vero verius est: quod Angelus sui Deus mandauit de te, custodiant te in omnibus vis tuis, in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, sed hoc intelligi debet, considerando rursum & pariter scriptum esse, Non tentabis Dominum Deum tuum, nec ab eo quaeres miraculum, vt Angelos suos mittat, dum nulla premit necessitas. Celeste documentum, ne te diabolus in castrum decipiat, doctrinis, sententis, locis & S. Scripturae historiis, sed vt tali modo vnam audas, quantenus ea cum aliis conferas: si enim vnum tantummodo locum admittas, caperis in errorem: hinc vitur astutia versipellis diaboli, tibi quaedam S. Scripturae profert loca, quae sibi deseruiant, at tamen illa quae eadem S. Scripturae proponit in argumenti solutionem Sophista subtercet. Sacris secatent mysteriis verba Dei ad Iob, quae paulo ante retulimus, quibus huius Sophista detegit fraudes: Non parcam ei verbus potentibus. Alii Iobant: Non tacebo mendacia eius. Alii Astrologia eius, vel Astrologationes eius, q. d. Ego tibi eius Sophismata, & Astrologiae detegam praedictiones.*

Inachitur D. August. in Astrologos, quos vocat Mathematicos, & ait: hoc agunt, vt tibi vendant mendacia sub praetextu influxuum aerae caeli, & siderum. Diuurna, inquit, te mala, nec vicia; talis enim stellae influxus hoc praedicit, quae tuae natiuitatis tempore dominabitur.

507

Job. 41.

Vide Tract

8. §. 12.

7